

Fridericus Dei gratia electus et confirmatus ec-  
 clesie Cracoviensis universis Christi fidelibus pre-  
 sentibus requirendis salutem. Quoniam nos ea de-  
 cet in terris seminare, per que uberosum fructum  
 in celis recipere valeamus, omnipotentisq; Dei  
 clementiam, et sanctorum merita, piis operibus  
 provenire. Cum itaq; ecclesie hospitalis nostra  
 diocesis, in oppido Larnowice, ad honorem o-  
 mnipotentis Dei et sancti spiritus, et sancte  
 Crucis fundata, ac erecta, in eius structuris ne-  
 cessaria faciendis, et reformandis, magnam  
 indigentiam habuerit, et pauperes ibi degen-  
 tes, magnum defectum in victualibus sustine-  
 erint, censuq; ac facultates proprii, ad succur-  
 rendum talibus, non subsint, nec suberint, ni-  
 si Christi fidelium elemosynis adiuverunt.  
 Ideoq; vestram universitatem requirimus, et ob-  
 nimis adhortamur, pro remissione omnium  
 peccaminum, quatenus pro edificatione et re-  
 formatione huiusmodi ecclesie hospitalis,  
 domusq; et subsidio pauperum habendo, ve-  
 stras elemosynas, et grata pietatis opera im-  
 pendatis, dum circa eandem ecclesiam hospi-  
 talis fueritis petiti, ut per ea, et alia pietatis  
 opera, que miserante Domino feceritis, ad eter-  
 nae beatitudinis consortia valeatis perveni-  
 re. Nos enim his et singulis, qui pro reformati-  
 one eiusdem ecclesie et domus hospitalis, vi-  
 ctuq; pauperum, et alius necessariis comparan-  
 dis suas manus adiutrices, totiens, quotiens  
 porrexerint, vel aliquid opus pietatis eadem  
 ecclesie et domui hospitalis, aut pauperibus  
 ibidem degentibus fecerint, vere tamen peni-  
 tentibus

Monastica

84  
tentibus et confessis, ac contritis, omnipotentis  
Dei clementia, et beatorum Petri et Pauli  
apostolorum confisi, quadraginta dies indulgen-  
tiarum impartimus, et de iniunctis eis peni-  
tentis misericorditer in Domino relaxamus.

Datum Cracoviae, die martis vigesimo octavo  
mensis aprilis, anno Domini, millesimo  
quadringentesimo octuagesimo nono. Nostro  
sub sigillo in fidem et testimonium premis-  
sorum sub appenso.

Monachus